



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Gostadigin. Fvndatrici & fratribus ac sororibus Ecclesiae beatae Mariae de  
Rocca majori sitae in loco qui dicitur Putens de Chartariis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

nem tuam, ascitis tecum quos noveris necessarios, hæretica pravitas extirpetur, & hæretici cum suis falsis dogmatibus confundantur. Quod ut melius & plenius possis efficere, plenam tibi super hoc app. remota concedimus potestatem. Datum Laterani XIII. Kal. Iulij.

*ABBATI SANCTÆ MARIE  
de Canneto, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam  
professis in perpetuum.*

*Epist. 100.  
De confirma-  
tione privile-  
giorum.*

**P**ri postulatio voluntatis &c. usque ad verbum ordo monasticus qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dignoscitur &c. usque ad verbum vocabulis. Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Andreae Apostoli in insula quæ vocatur Minerva, cum tota insula. Ecclesiam sancti Bartholomæi quæ est in civitate Polan. cum redditibus suis. Ecclesiam sancti Laurentij de Camponoso, cum campis, vineis, pascuis, pratis, montibus, vallibus, aquariis, & omnibus ad eam pertinentibus. Ecclesiam sanctæ Mariæ Bauran. cum omnibus possessionibus suis, & Ecclesiam sancti Blasij Savinian. cum omnibus pertinentiis & possessionibus suis. Ecclesiam sancti Pauli, & locum Barcilian. cum montibus, vallibus, habitationibus, pascuis, aquariis, sylvis, arboribus fructiferis & infructiferis, piscariis, atque ripis ad eundem locum pertinentibus, & Piscariam de Muccla de mezo, locum Valbendonij cum habitationibus, terris cultis & incultis, arboribus, olivis, pratis, & omnibus pertinentiis suis. Piscariam portus Valbendonij. Locum Florian. cum olivis, terris cultis & incultis, habitationibus, domibus, curtibus, & omnibus pertinentiis suis. Sancti Georgij & sancti Nicolai Ecclesias, cum omnibus pertinentiis & possessionibus. Locum Philippiani, cum mansibus, curtibus, pascuis, terris, aquariis, sylvis, campo de puteo, terris Carsæ planæ & Cisterneolæ. Fundum Volasij, cum molendino. Ecclesiam sancti Laurentij, cum tota valle, turri, curia, gurgo, & omnibus pertinentiis suis. Ecclesiam sancti Leonardi, cum horto majori, & curia quæ est ante portam monasterij, cum omni circuitu suo. Terram de Ducende, & terram de Bagnole, cum omnibus pertinen-

tiis suis. Sanènovalium &c. Liceat quoque vobis &c. Prohibemus insuper &c. Cum autem generale interdictum &c. Libertates præterea &c. Sepulturam quoque &c. Obeunte verò te &c. Decernimus ergo &c. Salva sedis ap. auctoritate, & diocesani Episcopi canonica justitia. Si qua verò &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Acheruntini Archiepiscopi, Cancellarij vicem agentis, XI. Kal. Junij, Indictione II. incarnationis dominicæ anno MCXCIX. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno secundo.

*GOSTADIGIN. FVNDATRICE  
& fratribus ac sororibus Ecclesie beatæ  
Mariæ de Rocca majori sitæ in loco qui  
dicitur Putens de Chartariis.*

**C**VM à nobis petitur &c. usque ad verbum assensu, Ecclesiam ipsam, & pertonas ibidem divinis obsequiis mancipatas, cum omnibus bonis quæ in præfentiarum eadem Ecclesia rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis præstante Domino poterit adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti pagina communimus. Ad indicium autem perceptæ hujus à sede apost. protectionis, unam libram ceræ nobis nostrisque successoribus annis singulis persolveretis. Nulli ergo &c. Datum Lat. Kal. Iulij.

*Epist. 101.  
De confirma-  
tione privile-  
giorum.*

*ROMANO ARCHIPRESBYTERO  
& Clericis sanctorum martyrum Sergij  
& Bacchi, tam presentibus quam futuris  
in perpetuum.*

**L**icet omnium Ecclesiarum sit nobis cura & sollicitudo commissa, illis tamen quæ in Vrbe consistunt tanto sollicitius nos convenit providere & earum jura illibata servare, quanto amplius ad jurisdictionem nostram noscuntur specialius pertinere. Eapropter, dilecti &c. usque ad verbum annuimus, & præfatam Ecclesiam beatorum martyrum Sergij & Bacchi, in qua divino &c. usque ad verbum vocabulis. Medietatem arcus triumphalis, qui totus in tribus arcibus constat, de quo unus de minoribus arcibus propinquior est vestræ Ecclesie, supra quem una ex turribus ædificata esse videtur, & medietatem de arcu majori qui est in medio, cum caminatis juxta minorem arcum, cum introitibus & exitibus suis & aliis omnibus suis pertinen-

*Epist. 101.  
De confirma-  
tione privile-  
giorum.*